



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Statuta prouincialia et synodalia ecclesie Colonie[n]sis (Köln)

Colonie, 29. IX. 1492

Jtem de legatis fabrice ecclesie Colon[iensis] et pena celantium legata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30901

cum ipso facto nouerint incursum et alias pro modo culpe canonice puniendos

De pluralitatibus beneficiorum et habentibus plura beneficia

Item cum sanctissimus pater dominus Bonifacius octauus summus pontifex inter cetera statuerit ne aliquis deinceps nisi unicum personarum dignitate preposituram administrationem vel officia perpetua quocumque nomine censeant cum prebenda nisi absque dispensatione sedis apostolice in eadem ecclesia obtinere vel iam obtenta tenere valeat. Et si a quocumque secus presumpsum fuerit illud irritum sit omnino. Nos quia nonnulli in obseruatione huiusmodi statuti se exhibent negligentes ipsorum negligentiam supplere cupientes. Mandamus vniuersis ad quod talium ordinatio seu collatio spectare dinoscitur ne deinceps talia faciant et attentent. Sed ea personis infra tempus legitimam habilibus conferant. Alioquin nos eadem proferemus

De testamentis clericorum

Recipimus ut sacerdotes denuncient suis subditis quod omnes quibus a iure inhibiti non est libera testamenti condendi habeant facultatem. Et clerici bona maxime immobilia et que per ecclesiam sunt adepti sine per modum testamenti sine alias non transferant ad filios vel nepotes aut alios suos consanguineos sed relinquunt ea ecclesie a qua sunt profecta. Sed incuitu elemosyne pauperibus religiosi pijs locis et illis qui ipsis seruerunt sine consanguinei sint. sine alij aliqua iuxta seruitij meritum de mobilibus dare possunt. De alijs vero bonis que ex hereditate artificio vel dotrina vel alias non ex bonis ecclesiasticis ad clericos puenerint. clerici possunt disponere pro suo arbitrio. Excōdicamus et excōdicatos denūciamus omnes cler-

ricos qui bona mobilia ecclesiasticis filijs suis. nepotibus vel consanguineis seu alijs conferunt vel in ipsos transferunt et ab ecclesia alienant sua propria voluntate et sine consensu nostro.

De testamentis laicorum.

Recipimus et monemus ut laici in presentia sui sacerdotis testamenta sua faciant nisi improvisa necessitas emerferit. Item omnibus sacerdotibus precipimus quod horrent omnes clericos et laicos testamenta sua facere et quod non differant usque ad angustiam mortis sed ea faciant dum adhuc compositi fuerint sue mentis et corporis. Et in testamentis faciendis consulant sacerdotes suis subditis quod declarent sua debita et fore facta. et quod ea primo restitui faciant seu precipiant de bonis suis. Et quod postmodum legent aliquam partem ecclesie sancti petri matrici ecclesie totius ciuitatis et diocesis Coloniensis. et sine prochiiali ecclesie. Et etiam religiosi et pijs locis et pauperibus alijs secundum arbitrium testantis.

De legatis fabrice ecclesie Coloniensis Et de pena celantium legata.

Si quis vero fabrice ecclesie sancti petri et prochiiali ecclesie sine alij quid legauerit in suo testamento eidem viginti dies de iniuncta sibi penitentia relaxamus. Et fiat testamenta pro rochianorum publice et coram discretis personis. Et cum aliqua ecclesie sancti petri legimus hoc presbyter significet Coloniensi procuratori fabrice et nomine eorum qui predictae fabrice legata fecerit infra mensem. Suspendimus et suspensos denunciamus omnes presbyteros qui celant legata fabrice predictae nisi ea procuratori suo denuncient infra duos menses a tempore scientie. Excōdicamus omnes laicos qui celauerint predicta legata.

D. iij.